



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

10. Dependētia alia præfinitionum ab exercitio libertatis nostræ à
Thomistis excogitatæ præciditur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

iustificatum accedere sit impossibile: atqui iudicium illud conditionatum est erroneum, & Hæreticum: ergo non est fides, nec ipsum secuta spes Theologica, sed præsumptio Hæreticalis. Minor est certa: Siquidem, qui nec attritus ad Sacramentum Pœnitentiæ accedit virtute illius non esse à peccatis iustificandum fides Catholica est. Ex quo præoccupatur euasio alia: quod scilicet si certus non sit de sua attritione possit credere, & sperare absolute se per Sacramentalem Confessionem, & absolutionem esse à peccatis iustificandum: si enim de facto attritus sit, & obinde iustificatur, licet incertitudo iudicii de sua attritione, & iustificatione locum fidei, & spei Theologiæ, (ni aliunde tunc repugnant,) de sua à peccatis iustificatione virtute Sacramenti faceret; at tunc inde absoluta fides, & spes illa repugnant: quia tunc iudicium illud falsum esset, scilicet à peccatis iustificandum, & absolendum virtute Sacramenti, qui ante illud prioritate naturæ, & temporis quandoque non exigit, iustificatus, & solutus in aduersionem doctrinæ, & est, & supponitur: siue ergo certus quis, siue incertus de sua attritione sit, cum ad Sacramentalem Confessionem rite præparatus accedit, cum fide, ac spe iustificationis à suis peccatis virtute Sacramenti obtinenda, siue absoluta, siue conditionali, siue explicita, siue implicita (quæ explicita, seu formalis possibilitatem supponit) nequit accedere, cum tamen aliquo ex his modis id credens, & sperans accedere necessario debeat.

8. Neque vero plura, quæ dedimus cert. 8. contra solam dispositionem præuiam positivam præfinitionis per actum positivum, qui nostræ potestatis sit, & ratione cuius nostræ tantum libertati præfinitionis positio subiaciat, militent: nam & negativam dispositionem nostram liberam præfinitioni præuiam æquo ferè impera arietant. Etenim negativam illam dispositionem alicuius actus præuij libera omisso erit, ac proinde tentationis ad actum illum præuij in ducentis victoria: quæ Dei proinde gratiam auxiliantem, & efficaciter ab eo auertentem, & præfinitionem proinde in ea quidem sententia semper supponat, omnium vero opinione, si grauis tentatio sit. Unde infinitus processus contra istam dispositionem negativam, & reliqua consecutaria inferuntur. Sed quoniam solus Cabrera supra citatus hanc dispositionem negativam citatus ex Thomistis est: ex eius mente absurda aliquot notanda hic sunt: ait supra, *quam dispositionem ex se inchoat voluntas*: & num. 476. *Auxilium efficax incipere à nobis dispositione: quia determinatio, seu prædeterminatio, dependet ex libera dispositione nostra voluntatis negativæ: licet effectus sit à solo Deo.* Et rursum talem esse hanc dispositionem ait: *Ut illa posita infallibiliter sequatur determinatio Dei, & sine illa nunquam sequatur.* Atque hanc causalem admittit: *Quia voluntas se disponit ad talem actum, ideo Deus per auxilium efficax ad illum eam determinat.* Ex his autem inferitur dispositione hac prævia negativa propriis viribus nostris, iuxta hunc Authorem, à nobis posita, & imperfectiore quavis dispositione positiua initium salutis, & prædeterminationis ex nobis, & à nobis esse nostramque voluntatem expectari à Deo, ut suam misericordiam erga nos apponatur, & sua nostram sequatur: quare glorandum esse iusto prædestinato, quod se ab impio, & reprobo tandem discernat, aliquidque habeat ad prædeterminationem conducens, quod non acceperit: quare, & quod nostræ naturalis potestatis sit præfinitum, ac prædestinatum ad bonum: Siquidem iuxta Augustinum I. determinationum capite 22. & iuxta rationis naturalis lumen, id est, *in nostra potestate, quod, cum volumus, facimus.*

CERTAMEN X.

Dependentia alia præfinitionum ab exercitio libertatis nostra à Thomistis excogitate præcitur.

1. Præuiis dispositionibus liberis nostris ad præfinitiones à Deo obtinendas male nos disponi posse animadvertentes Thomistæ præfinitiones diuinas, non aliter bene cum nostra libertate componi, æstimant tandem, ni eas à liberis ipsis actibus per illas præfinitas dependentes assignarent. Idque, ne nobiscum, (ut verba auctoris sonant,) omnino consentiant, variis etiam modis explicant. Primus est: Præfinitiones suas, cum de se connectæ cum actibus præfinitis sint, non posse esse sine illis, tanquam necessariis suæ essentialis connexionis terminis: ac proinde earum quamvis à suo actu contingent, & libero præfinito, quare, & à nostræ in illo edendo exercitio libertatis in sui existentia, & positione pendere: cum nil aliud vnius ab alio dependentia sit, quam in se sine illo consistere non posse. Cæterum dependentia hæc præfinitionis ab actu præfinito non ruitur, sed potius destruit actus libertatem. Patet, quia de essentiali causæ libertæ est posse operari, vel non operari positus omnibus requisitis ad operandum, ut cert. 1. statum abundè ab authoritate & ratione est: sed hoc pugnat cum dependentia cuiusvis requisiti ab effectu suo ratione essentialis connexionis requisiti illius cum ipso: ergo hic modus dependentiæ præfinitionis requisitæ ad actum, seu effectum ratione connexionis cum illo non uetur voluntatis nostræ, sed potius destruit, libertatem. Minor probatur: quia ex dependentia requisiti ad operandum à sua operatione, & effectu, tanquam à termino essentialis connexionis, quam habet, fiet necessario ut requisitum illud poni repugnet, quin operatio, & effectus ponatur: ergo quin repugnet eo posito non esse operationem, & effectum præfinitum, ac proinde esse eo posito potestatem operandi, vel non operandi, quod ipsum est potestatem liberam esse: ergo modus hic dependentiæ causæ à suo effectu, tanquam à termino essentialis suæ connexionis cum ipso, destruit potius libertatem causæ, quam eam reuatur, atque ipsa causæ libertæ definitione ab ea excluditur. Confirmatur: Siquidem ex solutione generatio Filij, & Spiritus sancti processio in diuinis liberæ hoc stricto libertatis genere, de quo hic agimus essent: contra omnes, non solum Thomistas Dominicanos, & Iesuitas, sed Scotistas, qui libertatem eis, non strictam hanc, sed aliam laxiorem solummodo concedunt. Item causæ omnes naturales, & contra liberæ diuine, eorumque effectus, & libertæ, & liberi iuxta hanc dependentiam ratione connexionis essentialis cum ipsis ab eis, tanquam à terminis, proculdubio forent. Tercio: Beati posita visione Dei in eo amando, & Christi humanitas, posita hypostatica vnione in non peccando libera essent contra aduersarios. Nec refert præfinitionem actus liberi esse illius, ut liberi præfinitionem: quare, & cum eis, ut liberis connexionem habere, quod in effectibus causarum naturalium, locum non habet: id enim ut in terminis implicans ex definitione eadem causæ libertæ disiectum à nobis est certam. & à num. 6.

2. Illustrissimus Herrera Dominicanus, dum primaria sui ordinis Cathedra in Salmanticensi Academia dictaret Manuscripto de auxiliis alter dependentiam prædeterminantis auxilij (& idemidem prædeterminatiuæ præfinitionis) quam ratione connexionis cum actu prædeterminatiuæ præfinito, ab ipso actu componere tentauit: nempe inter præfinitionem, & actum præfinitum mutuum prioritatem, & antecedentiam naturæ, & causalitatis, ac subinde mutuum dependentiam, in diuerso tamen genere, excogitauit. Ut scilicet actus prædeterminatiuæ præfinitus in genere causæ materialis, uti necessaria ad prædeterminationem dispositio physica præcedat: quare & ex parte ipsius Deum

Disp. I. Quæst. VII. Certam. X. 531

Deum ad præfinitionem, ex qua prædeterminatio apponenda est sua physica exactione mouens quemadmodum, & relique formarum aliarum dispositiones; præfinitio vero actus ipsius, & ad illam prædeterminatio in genere causæ efficientis antecedit: Sicque dependentia alterius ab altero mutua, in diuerso tamen genere, iuxta plurimum sententiam in aliis multis admittam. Placuit solutio Magistro Zumel 1. opusculor. d. 4. sect. 2. titulo 1. *Conferentia difficultatum*. Cuius, sine plausu, etiam meminit Magist. Lorca d. 21. de grat. fin. Acerimulque extrat impugnator Suarez noster tom. 2. de grat. qui est de auxiliis, lib. 5. cap. 20. num. 3. Et primo quidem contra hanc solutionem pugnant omnia argumenta, quibus in physicis tract. de causis controuers. de causarum virtute d. vltim. ostendimus causas, quæ absolutam sui existentiam supponant, vt causent, & moueant sibi inuicem causas esse nullam posse; est inter eas, quarum omnes existentiam absolutam, vt causent, non requirunt, vt in efficienti, & finali contingit mutua causalitas, prioritas, & dependentia possit intercedere: imo & de facto intercedat, ac debeat. Cum enim finis non causet quia est, sed, vt sit, debet causam, à qua vel proximè efficienda est, vel proximam sui agens apponendum est, atque apparatus sua bonitate sollicitare, & intentionali-ter mouere, vt sua existentia donec; quin eius existentia ad quam, sed qua non mouet illarum ad seipsam supponatur, & repugnante præcedat: quod in causalitate mutua causarum, (etiam generis diuersi,) quarum quævis ad causandum absolutam sui existentiam requirit omnino absolute inferitur, impossibile: æquè, ac si in eodem genere sese causerent vicissim: imò ni eiusdem generis causæ sui existentiam absolutam vt se mutuo causerent requirerent, ac subinde repugnans præcedentia existentia vniuersi cuique ad seipsam absolute inferretur, nihil obstat, quominus à se inuicem absolute inferantur. Sed de his altissimè citata controuersia, & loco physicorum, Nunc, ea mutua causarum in diuerso genere aliarum ab aliis dependentia permittit, aliunde præstatam solutionem impugnamus.

3. Et in primis libertas causæ ad genus causæ efficientis spectat, & subinde libertas actus secundi in exercitio, & operatione, qua actio, & ab agente, non qua passio, & à patiente provenit, sita est: vt ex ipsa causæ, & potentie libertate definitione, scilicet potestate agendi, vel non agendi manifestum est; & pati quidem solum nullam dicit passio, vt patiatur, vel non patiatur, in id quod passus, vel non passus est, potestatem viam, & dominatam; & si moruam, & subiectam ei, à quo pati potest, dicit indifferente capaciter: ergo actus præfinitus vt libera dispositio sit ex parte voluntatis ad præfinitionem, actus debet provenire à voluntate, nec solum passiuè illam recipiendo: ergo in eodem genere agentis physici, & præfinitio, & actus præfinitus se inuicem causant, naturaque, & causalitate præcedunt; quod iuxta aduersarios, Theologos, & Philosophos omnes repugnat. Secundo, vel voluntas se sola, non solum receptiuè, seu passiuè, sed actiuè etiam, vt libere apponat, sequè ad præfinitionem actus ipsius, & auxilium efficax disponat, per solas suas vires actiuè etiam, & libere illum apponit, ac se disponit: & tunc reuertunt omnes contra semipelagianos Canones, & damnationes ab Arausiano, & aliis Conciliis, & Patribus editæ. Sin autem actus, vt ad liberam, actus positionem, ac dependentiam proinde præfinitionis ab actus libertate in genere causæ materialis dispositiuè, quam exercitum supponat pro priori aliquo natura, ne illam euerat, oportet, vt non à sola voluntate, sed à præfinitione prædeterminatiua ponatur: ergo præfinitio ad actum, vt libere disponit voluntatem ad ipsam, necessario debet præcedere. Siquidem ex ea parte, qua libera ea dispositio ex parte voluntatis est, actiuè debet, vt diximus præcedere: acquirit autem per vos de facto poni actiuè, nisi præfinitio de facto præcedat: ergo, vt se libere voluntas passiuè disponat ad præfinitionem, & auxilium efficax, non potest non præfinitionem actus supponere, & auxilium efficax in quocumque sit: etsi enim vt merè passiuè, & pure receptiuè se habeat, & moruè disponat, satis in eam voluntatis sit: tamen, vt viuide, actiuè, & libere acta & operatione præfinita se disponat, debent præire necessaria omnia requisita, vt sit exercere actus, & opera-

tio: quare & præfinitio, & ad eiusmodi dispositionem in eadem linea actiuè dispositionis liberæ à voluntate supponi: aut supposita per te præfinitione ante vsum libertatis, à quo in sui positione pendeat tollit libertatem: ergo in ea linea dispositionis, quam actiuè etiam, & libere, debet apponere voluntas, & in qua præfinitio necessario actum eius præcedit, nec supponit, tollit libertatem actus, & operationis. Confirmatur: Eatenus voluntas potest acquirere præfinitionem, quatenus potest efficere actum: & eatenus acquirit, quatenus actum elicit, sed elicit actiuè: ergo acquirit actiuè: ergo in genere causæ actiuæ, seu efficientis præcedit actus præfinitionem, à qua in eodem genere causatur. Vrgo præfinitio requiritur essentialiter per vos ad operari liberum, seu ad omne exercitium absolutum libertatis: ergo nullum exercitium libertatis, à quo pendeat, potest supponere, de quo iterum à n. 9. postquam effugij præclusionem radicis solutionem euellamus.

4. Dices: Confundi hic duo causarum genera: passiuæ, seu materialis voluntatis, & actiuæ eiusdem voluntatis, vel secundum se, vel coniunctè cum præfinitione. Quod solutione tua distinguis, fateor: sed vtrumque tamen solutione ipsa confundis: dum in potestate, & libertate voluntatis nostræ asseris esse præfinitionem, & auxilium efficax ad actum, quatenus actu ipso libere se disponit voluntas; Tu eius vero actus libertate actiuè voluntatis in ipsum influxus necessario, & essentialiter, quare, & quidquid in genere efficientis prærequisitum est, supponitur. In ergo solutione tua genera causarum actiuum, & passiuum confundis; imò vero mutua hæc causalitas dispositionis, & agentis, quoties dispositio positua est, non solum possibilis, sed & intelligibilis non est; etsi cum negatiua est dispositio, vtrumque intelligi possit, vt inter expulsiorem, seu de nudationem formæ antiquæ, quam priorem ex parte materię inductione nouæ formæ ab agente in eandem materiam ex parte huius nonnulli aiunt; in genere vero causæ efficientis posteriorem: quia ad carentiam, seu denudationem formæ præexistentis satis est agens conseruans ipsius concursus ad agentis contrarij præsentiam cohibere, atque suspendere, quia agentis contrarij influxus in suam formam opus sit, vt antiqua subiecto cedat, & abscedat, in suique nihilum abeat: Quamquam neque huic mutue causalitatis modo nimium fidam: Nam reuera, & formæ incompossibilis nouæ à suo agente inductio, eiusque, in subiecto, inexistencia, & exigentia pro priori nature à Deo attenditur, & expectatur, vt pro nature posteriori in eadem duratione concursus cum agente conseruante, (si alius à Deo sit) denegetur: vt fuscè controuers. de alteratione, d. de resistentiis, & impugnationibus, cum formarum incompossibilium, rum agentium contrariorum quæstione præsertim de signis nature impugnationum, & resistentiarum vtriusque generis monstrabimus. At vero cum dispositio ex parte subiecti positua est, & effectus præcipue immediatus actiuè virtutis, ad quam sua absoluta existentia effectus ille positius disponit, mutua hæc in diuerso adhuc genere causæ materialis dispositiuæ, prioritas, & dependentia, non solum reuera implicatoria, sed & omnino imperceptibilis est. Cum enim non nisi absoluta sui existentia positius ille effectus disponat, hæc autem absoluta effectus illius positius à causa materiali sola poni in rerum natura nequeat, sed necessario in consortio virtutis actiuæ, & reliquorum requisitorum ad operandum, atque apponendum absolute existentem effectum illum: sit plane, nec hunc esse, nec intelligi absolute existentem, nisi à coniuncto toto causæ materialis, & actiuæ suarum cum reliquis ad agendum requisitis: ac proinde, & hæc omnia absolute præcedentia ad ipsius absolutam existentiam, & dispositiuam causalitatem primum dari, & existere: cum antea pro nature priori existere supponatur.

5. Confirmatur: Quia non minus essentialiter subordinantur causa materialis, & actiuæ in operando, ac ponendo absolute effectum à materiali causa educendum, quam agentia partialia, à quibus effectus quibus ab ipsis essentialiter dependens; imò, licet illæ diuersi generis sint, & earum quævis in suo genere adæquata, absolute tamen in genere causæ vniuersæ, & absolute dictæ partialis causa est vnaqueque earum: vt potest quæ in genere

TEGA
A. pari
Vla

Ab illis quidem, ut Deum peccati causam, & authorem
catholice negent: adeo ut operum nostrorum sine in
premiis, sine in penis conferendis iustitiam exerceat:
ea enim prove à nobis, non autem prove à se premio
afficit, vel supplicio. Ad eum igitur modum, inquit,
est actus præfinitus absolute apponi à voluntate ab-
sque præfinitione omnino nequeat: tamen, prove à vo-
luntate in suo causalitatis genere receptivo ponitur;
à præfinitione formaliter non ponitur: quare ea ra-
tione præfinitioni absolute præcedere, atque adeo in
illo naturæ priori potest, ut eius actus præfinitionem
conspiciat. Sed præclusa effugia hæc impugnationibus
datis omnino sunt, & factæ primo loco ex libertate
operationis absolute necessaria, & asserta ab huius so-
lutionis autoribus, ut in nostra voluntatis potestate,
& libertate præfinitionem actus absoluti defendant, ne
suo quidem vocem occurrat: cum exercit, & abso-
lute, & in genere causæ efficientis à voluntate sit & ab
ipsa sola; & absque præfinitione esse per adversarios
repugnet: quare, & qualiter, actus præfinitionem re-
cipit, neque prove à voluntate actus, quin etiam
priori à præfinitione esse considerare potest. Secun-
do, Et si semel posito absolute actu à quavis causa ab-
solute, in genere causæ, inadæquate, sine in suo genere
speciali, sine in diverso ex veritate, & respectu di-
versi ad vnam formaliter, & non ad aliam concausam
sine, atque, ut dicitur, à Catholicis, & à Deo atten-
datur, attendique potius debeant, his autem præ-
finit de eo non est; sed an ab vna causa partiali, &
inadæquate, absque alia concausa (sine alterius, sine
generis eiusdem) essentialiter requisita absolute ad
absolutam actus illius positionem, actus ille poni in
terram naturæ absolute possit, sicut oportet, ut præfinitio-
nem dispositivæ, vel alio quovis modo, causet, ac
præcedat: posse autem ita actum illum absolute ab
vna tantum ex concausis requisitis essentialiter ad ipsum
absolute apponi nemo est, qui absolute assertat, imo
neque assertare sine contradictione possit: est quatenus
ab ipsa, ab alia concausa formaliter non procedat: quia
absolutum esse illius actus non illam solum essentialiter
respicit, & supponit, sed totam concausam congeriem
est, quæ, si vel nunc demas minimam concausam, ac pos-
sibile non supponas, esse absolute actum illum repugnat.
9. Dices tamen, duplicem præfinitionem actus esse,
alteram prædeterminativam voluntatis in genere causæ
materialis receptivæ, alteram eius prædeterminativam
in genere causæ efficientis, ad quam voluntas receptivæ
per actum se disponit sine præcedentia in eodem ge-
nere, & ordine causandi. Sed nihil impugnationum mi-
nus: tum ex prædicto, libere dispositionis actus, qui
quæ libere à voluntate actus etiam, quare, & à præfinitio-
ne in genere efficientis debet præcedere: cum per se
implicet exercitium quodvis absolutum, & liberum vo-
luntatis absque præfinitione in genere efficientis: tum
etiam ex dependentia essentiali ut actus absolute sit, ab
vtraque etiam præfinitione essentialiter requisita ad ip-
sum: vtrunque enim debere absolute præcedere argu-
menta nuper facta, convincunt, & mille alias, si totidem
ad eum absolutam existentiam essentialiter prærequisitas
assignes: quare commodius erit superfluum præfinitio-
nem, & difficultatibus effusa abstinere prodigalitate.
Secundo: cum præfinitio prædeterminativa in genere
causæ materialis non supponat præfinitionem prædeter-
minativam in genere causæ efficientis per se (quia diver-
si generis sunt, nec possunt in eandem lineam ordinari,
ne in eadem actus voluntatis sit præfinitione prædeter-
minativa actus posterior, & prior, quia ad illam dispo-
nit) inquit, an ad passivæ & receptivæ prædeterminan-
tem præfinitionem actus ille disponat? Si assertas: ergo
in eodem genere causæ materialis receptivæ, & dispo-
nit, in quo posterior præfinitio illa est, est etiam
prior actus idem. Si neges: ergo præfinitio hæc in ge-
nere causæ materialis prædeterminativa prærequisita es-
sentialiter, ipsique connexa, & proinde inevitabiliter
connuncta ponitur, omnino independentem ab actu præ-
finito, & exercitio nostræ libertatis: quare, ut in hanc eun-
tes solutionem fatetur expresse tollit arbitrij nostri
libertatem. Nec quidquam præstiteris, si respondeas:
per actum, ut provenientem à voluntate, & præfinitione
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

actus prædeterminante in genere efficientis, ac proinde
libere acquirit præfinitionem actus in genere causæ ma-
terialis prædeterminantem. Etenim cum præfinitio præ-
determinativa actus omnino connexa, & inseparabili-
ter, etiam diuinitus, annexa sit præfinitioni passivæ, seu
receptivæ prædeterminanti. Cum neutra sine actu esse
absolute possit, & actus absolute esse nequeat, si neu-
traque coniunctim, actus scilicet, & receptivæ con-
currentibus: Inferitur: non posse actum, ut proveni-
entem à præfinitione prædeterminante actus esse dis-
positionem ad præfinitionem prædeterminantem pas-
sivæ, quin sit ad præfinitionem actus prædeterminan-
tem dispositio: quia quidquid est dispositio alicuius ad-
quisitiva, & est omnium quæ indivisibiliter, & insepara-
biliter ipsi connexa sunt: ideo, qui catenam extremum
annulum mouet, & trahit reliquos, & totam simul cate-
nam trahit: quod si totam trahere nequit, neque extre-
mum trahere potest: atqui per vos actus, ut à præfinitio-
ne actus, nequit esse ad ipsam dispositionem: ergo neque ad
passivam. Item, cum eadem, quæ ad acquirendam vnam
præfinitionem prædeterminativam materialiter ad acquire-
ndam prædeterminativam efficienter potestas sit, cum
ais ex prædeterminativa efficienter posse voluntatem ad-
quirere prædeterminativam materialiter, posse acquirere
prædeterminativam efficienter, probas, & vitiolo circulo
circumageris. Quod ipsum vniuersum contra præci-
pua & primariam solutionem vniuersum ostenditur.
Ideo enim dicitur voluntas sufficientem habere potesta-
tem ad actum præfinitum, ad quem necessaria omnino
est præfinitio, quia habet potestatem sufficientem ad
habendam prædeterminativam præfinitionem: & ideo
habere eam potestatem ad habendam præfinitionem:
quia habet sufficientem ad actum potestatem, quid ni
probes habere potestatem ad actum, quia habet po-
restatem ad præfinitionem, & ad præfinitionem, quia habet
potestatem ad actum?

10. Denique ex hac solutione quæcumque in de-
creta, & auxilia de se indifferentia ad actum, & eius
omissionem, solumque ab extrinseco efficacia aduer-
sarij contorquent, in ipsos maiori impetu retorquen-
tur. Potest enim haud dubio, quisque sibi tribuere,
non solum quod vocatus veniat, sed quod vocatus sit,
Contra Augustin. quæst. 68. ex octoginta tribus: liqui-
dem præfinitionem prædeterminantem actum, quate-
nus ab ipso est, illo obtinet à Deo. Cumque cuiusmodi
præfinitio sit consensum à non consensum discretio, qui
eam suo actu præfinito à Deo acquirit, se à non con-
sensum discernit: atque eadem ratione tandem se
discernit prædestinatus à reprobo contra Pauli textum
toties contra nos ab adversariis inelamantem: quis
est, qui se discernit. Etenim Deus de se paratus est
præfinit actum, & salutem cuiusque per illum, si se
quisque illo actu, & non prove à præfinitione efficienti
disponat: quare actus ita consensum, & prædestinando
in causa est, ut Deus illum, & salutem per illum ita à
consensum, & prædestinando positum præfinit, ac
prædestinet; atque omisso consensum non consensum,
& reprobi in causa etiam est, ut nec eius actus, & sal-
tas præfinitur: quare ut nec prædestinetur. Nisi di-
cas, Deum de se non esse paratum actum, & salu-
tem omoiū præfinit, si actum eliciat: quod, & do-
ctrina solutionis aduersatur, & probat in non consen-
suro, nec saluando non esse potestatem consentiendi
exercit, & ut de facto saluetur: quia neque in eius
potestate est præfinitio, & prædestinationem ad
vtrumque necessariam acquirere, ratione cuius potesta-
tis, iuxta hanc solutionem, in potestate, & libertate, no-
stra, & actus, & salus vniue absolute sunt. Item cum actus
primus præfinitus liber per hoc sit, & meritorius sal-
tem de congruo, & quatenus à voluntate nostra ponitur
ad præfinitionem sui disponat, ac præcedat, quæ eius est
essentiale principium, iam principium etiam proximum
meriti sub meritum cadet. Primæque gratiæ, ac sub-
inde totius prædestinationis meritum nostrum dabi-
tur. Quod Augustini, & reliquorum Patrum, & Con-
ciliorum doctrina repugnat; neque prima vlla re gra-
tia, & misericors Dei voluntas erit argumento Pauli
ab Augustino toties repetito si autem ex meritis, seu
operibus: ergo gratia iam non est gratia. Quarto. Non
solum

TEGA
A. pari
Via

solum Dei miserentis, sed hominū volentis, atque currentis est auxilium gratiæ acquirere. Contra Paulum ad Roman. 9. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis.* Ex quo ita opportune ad rem præsentem Augustinus lib. 1. ad Simplician. q. 2. Nam. si propterea non volentis, neque currentis, &c. quia voluntas hominis non sufficit, ut iussu, recteque vivamus, nisi adiuvemur, misericordia Dei potest, & hoc modo dici: non miserentis est Dei; sed volentis est hominis: quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostra voluntatis addatur. Non igitur ob essentialē subordinationem mutuam Dei, & nostri in nostro actu operando; sed quia solius Dei, se solo, independentē omnino à nostra voluntatis dispositione est velle præfinitionem, ut isti aiunt) misericorditer congruum auxilium conferre dictum esse concludit eo discursu Augustinus. Cui & Paulo adversatur solutio hæc de dispositione nostra libera per actum præfinitum ad sui præfinitionem. Quinto, adversatur Augustino eidem 1. de grat. & lib. arbit. c. 16. statuenti. *Certum est nos velle cum volumus, sed facit, ut velimus, de quo dictum est: preparavit voluntas à domino; & antecedenti statim c. 17. ut ergo velimus, sine nobis operatur.* Non vique sine nobis cooperantibus actiue ipsam velle, sed ad misericordem Dei voluntatem auxiliantem, & præparantem nostram ad illud velle voluntatem.

II. Sexto adversatur Araucanico 2. can. 4. dicenti. *Si quis, ut à peccato purgemur voluntatem nostram Deum expectare contendit: non etiam ut purgari velimus per spiritum sancti infusorem, & operationem in nobis fieri confiteatur, resistit spiritui sancto.* Septimo adversatur Augustino 1. ad Simplician. q. 2. circa med. aienti: *Quod non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem.* Propterea vocanti Deo ritè tribuitur, quod bene volumus; nobis vero tribui non potest, quod vocamur. Tribuitur autem, quod vocemur, & præcedet voluntas vocationem, iuxta hanc solutionem: verum item erit, quemlibet vocari ad fidem: quia credit, & non, ut creditur. Contra Augustin. de prædestin. sanctior. cap. vlt. scribentem. *Non, quia credidimus, sed, ut credamus vocamur.* Et contra Araucanum nuper citatum id definiens ex ponderatione Augustini ad locum illum Pauli Corinth. 7. *Misericordiam consecutus sum, ut sim fidelis.* Et ad id: *elegit nos in ipso, ut offermus sancti.* Vnde cum Augustino inferunt Theologi omnes: ergo non quia futuri eramus sancti. Quia ut finis, & quia quod absolutam existentiam motui, quam finis, ut moueat, finaliter, necessario excludit sibi contradicunt, iuxta hanc vero solutionem: quia credimus eligimur, & vocamur ad fidem. Denique iuxta hanc solutionem verum, & infallibile, ac certissimum esset nunquam cum præfinitione, & inde necessario proveniente vocatione efficaci posse coniungi dissentium, aut omissionem consensus præfiniti: cum hic necessario, & essentialiter, non solum sequi illas debeat, sed, & natura, & causalitate antecedere. Cum autem, ut dissentiri, resistereque Deo, cui assentimur, vocanti absolute possimus, opus sit posse nos absolute coniungere omissionem consensus, & dissentium cum misericordii Dei vocantis voluntate, & vocatione, ut ostendimus supra q. 3. fieri manifestè; minime nos posse dissentiri Deo per hanc præfinitionem, per adversarios, misericorditer vocanti, neque illam abicere contra Tridentini loca ea q. à nobis ponderata, si consensus absolutus dispositiue positus à voluntate præfinitionem sui, & subinde Dei vocationem ipsi necessario, & infallibiliter annexam præcedat: neque item posse illis resistere contra Senonensis Concilij, & Innocentij X. & Alexandri VII. datas q. cadent definitiones.

11. Iam instantis, ex nostris, quibus eam solutionis huius doctrinam adversarij imponunt obviandum est. Aiunt enim prioritatem mutuam similem inter habitum, & actum charitatis à nostris admitti: ut scilicet hic in genere causæ materialis dispositiue habitum causet, à quo tamen efficienter causetur. Cæterum doctrina hæc nostrorum doctorum non est, ut erudite ostendit Ripalda t. 2. de ente supernatur. d. 124. & Vazq. quidem 1. p. d. 111. solus nostrorum (quasi pro reliquis cautionem præstiterit) omnium nomine allegatus, non docuit actum habitum secundum se sumptum, & uti à Deo

infuso esse priorem, sed eius unionem, siue unionem formali receptione, quæ, ut ab habitu actiue causetur, non requiritur: æque enim, & si non vinceretur, produceretur actum charitatis, qui etiam ab auxilio extrinseco Dei in communi nostrorum doctrina produceretur: quare rectè ait habitum à Deo infundi ut actus, sit, non autem quia actus est, neque inter actum, & habitum, eiusque infusionem mutuam causalitatem admittit: nec principium prædeterminans ad illum: tum, quia, ut videtur, & informans solum potest ad actum charitatis, instanti præcepto, prædeterminare voluntatem, & si cum eum gratia habituali identificati, vel illam supponere tunc doceret; quorum primum negat, secundum non docet. Adversarij vero præfinitionem de se, & prædeterminationem inducta, prædeterminare ad actum præfinitum, ac secundum se esse illius necessarium principium, & requisitum ex parte actus primi aiunt in genere efficientis, atque nihilominus illius effectum in genere causæ materialis dispositiue: ac proinde haberi à Deo eius præfinitionem, & dari prædeterminationem, quia actus præfinitus est. Videant adversarij ergo, in quantis nostris Vazquez doctrina ab hac sua discordet: Sed tamen, ut dixi, doctrinæ huic nostris Vazquez his adhuc subtilitatibus Philosophicis, ac Metaphysicis explicata, vix vnus, aut alter, adhuc ex eius discipulis, rectè adhæsit; quia planius plerumque nostris venantur veritatem, & extraordinaria providentia, & potentia absolute Dei (quæ in hoc modo intercederet) quam minus possunt suis doctrinis componendis vnum. Ne tamen adversariorum (cum quibus de maioribus, scilicet de fidei dogmatibus, res nobis est) nonnullis, quibus difficultas, & exotica ingredi amor, & ingenium luctat, ita explicatam nostris Vazquez doctrinam, ut nostris occurrat argumentis arripant, advertant primo: in præfinitionibus suis, quæ à solo Deo concipiendæ sunt, non autem voluntatibus nostris vniendæ præfatæ doctrinæ nullum esse locum. Secundo: physicam prædeterminationem, seu qualitatē prædeterminantem non prædeterminare voluntatem, nisi, quatenus unionem ipsam informativam neque esse medium aptum ad infallibilitatem scientiæ diuinæ in ipsa de futuro contingenti. Tercio: in eorum doctrina statà vniōne habitus, & cuiusvis qualitatis actus voluntati opus esse, ut eam in acta primo complet ad actum. Inde enim Thomistæ omnes negant posse habitus supernaturales suppleri à Deo per auxilium extrinsecum. Quarto: apud ipsos eadem actione educi formam, & vniū lubiecto. Cum quibus omnibus, & linguis nequit doctrinæ præfatæ vltius consistere.

CERTAMEN II.

Ab impossibilitate auxilij sufficientis præfinitiones de sese efficaces eliminantur.

I. Hic impossibilitati sufficientis auxilij demeritrandæ illius, proptè ab efficaci auxilio distincti nobis cum adversariis, & Theologis cunctis communis definitio statuenda est. Nempe illud esse auxilium sufficientis, [quo cum voluntas operari absolute potest, & faciens, quo cum voluntas operari absolute potest, & non operatur de facto.] Et quamquam posse absolute nos aliqua operari dicamur etiam, cum nonnulla ex requisitis ex parte actus primi proximi ad ea operanda non habemus, ut cum quis nondum habet effectum ambulandi voluntatem requisitam ad ambulandum, posse absolute nihilominus ambulare rectè dicatur: opus tamen est, ut requisita illa ex parte actus primi proximi in illius, potestate sint, ut in eo casu voluntas efficax ambulandi; si autem in eis potestatem requisitam illud non sit, non dicimus ipsam aliam remotiorem potentiam habere ad effectum absolute potens. Patet in carento, & compedito carente per iudicis decretum: qui, licet potentiam habere deambulandi, possitque à se voluntatem habere deambulandi,